



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instructio practica ...**

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,  
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice  
Methodum compendiarium reformationis Ecclesiasticæ à Concilio  
Tridentino factæ continente

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1679**

§. 9. De Purgatorio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48233)

## De Purgatorio.

I. Per Purgatorium hęc intelligitur locus quidam quo tanquam in carcere post hanc vitam purgantur anime quę in hac vita purgatę satis non fuerunt, ut nimirum purgatę in cęelum ingredi valeant, quò nihil contrarium introibit, de quo Catholica fides sequentia pędogmata.

II. Primum dogma est, verè tale Purgatorium est in quo anime necdum penitus expiatę ad tempus torpentur; hoc enim probari potest tum testimoniis utriusque veteris & SS. Patrum, & Conciliorum; tum ex ipsa natura animalium peccatorum, cum quibus aliquis mori potest, adeò pęnę obnoxius manere. Contrarium tamen Wictefes, Apostolici, Albigenfes, Hufs & Wiclefus, Lutherus, & Zwinglius tenent.

III. Secundum dogma est, solos Homines peccato veniali, aut certè absque adęquata satisfactione pro peccato mortali morientes, hoc purgatorio pęnę cruciari; quia damnati pęnę æternę sunt obnoxii sine omni peccato & reatu moriuntur, non sunt amplius pęnę cruciari. Contra hoc dogma tamen docuit Origenes, quod in mortalibus peccatis mortui sunt, pęnę cruciari temporalem esse. Item alii à S. Augustino in Civ. Dei c. 18. & seq. citati, qui eos solos, qui aliquando Christiani fuerunt, pęnã purgatorii ob quęcunque peccata commiserunt docent.

IV. Tertium dogma est, animas in purgatorio pęnã cruciari posse; quia sic passim Scriptura testatur, quod in Inferis non esse scientiam, non esse inventum, non mercedem, & similia. Contrarium tamen docuit Lutherus, quando Purgatorium confitebatur.

V. Quartum dogma est, animas in purgatorio pęnã cruciari posse; quia sic passim Scriptura testatur, quod in Inferis non esse scientiam, non esse inventum, non mercedem, & similia. Contrarium tamen docuit Lutherus, quando Purgatorium confitebatur.



VI. Quintum dogma est, Purgatorii pœnas tantum usque ad diem iudicii duraturas; quia Christus Matth. 25. duos tantum Ordines Hominum post extremum iudicium futuros dicit, scilicet Beatos & Damnatos. Contrarium tamen docuit Origenes ho. 14. in Lucam, dum etiam ultra resurrectionem eas pœnas duraturas contendit, ut, sicut corpora cum anima peccaverunt, ita cum eadem suas etiam pœnas sustineant.

VII. Sextum dogma est, animas defunctorum piè viventium suffragiis recreari, & liberari; sic enim expressè in lib. 2. Machab. c. 12. dicitur, Sanctam & salubrem esse cogitationem, pro defunctis exorare, ut à peccatis solvantur. Oppositum tamen docent hæretici moderni penè univèrsi.

VIII. Septimum dogma est, Sepulturam Catholico more & ritu fieri solitam, non modò sanctam, sed etiam meritoriam esse; sic enim 2. Reg. 2. expressè dicitur: *Benedicti vos à Domino, qui fecistis misericordiam hanc cum Domino vestro Saul, & sepelivistis eum, & nunc retribuet vobis Dominus.* Unde malè Hæretici hujus temporis ridet morem Catholicam, quo defunctorum corpora in locis sacris, cum usu cereorum sepeliuntur, negantque hoc opus esse meritorium, eò quòd Christus ipse enumerans Matth. 25. alia opera misericordiæ de hoc nullam mentionem fecerit.

## §. X.

## De Cultu Sanctorum.

I. De hoc sequentia dogmata proponit Ecclesia Catholica. Primum est Animas Sanctorum jam nunc frui visione beatifica, uti constat tum ex variis S. Scripturæ & SS. Patrum testimoniis; tum continua Ecclesiæ praxi; tum ex variis visionibus; tum ex ipsa DEI liberalitate, quæ non minor est ad præmiandum, quam sit Justitia ad puniendum, ergo si damnati jam nunc puniuntur, etiam Sanctos nunc præmiari concedendum est. Contrarium tamen docuere Tertullianus, vigilantius, Calvinus & alii volentes, post Resurrectionem universalem primùm eos suâ gloriâ fruituros.

II. Secundum dogma est, Sanctos rectè ab Ecclesia canonizari, ut eos honorare, laudare, & imitari possimus; atque